ISIDORUS HISPALENSIS
12. Jh.
Seite 68v
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26139
Copyright: Admont, Benediktinerstift

sacrorum & thuris uocata ἀπὸ τοῦ θυιειν. Umbria ut historiae
narrant eo quod tempore aquosae cladis imbribus superfuerit. & ob hoc
umbria graece cognominata est. In iugis enim apennini montis est
sita est in parte italiae iuxta meridiem. etruria pars italiae dicta
quod eius fines tendebant usque adripam tiberis quasi ἀπὸ τοῦ ἑτέρου
πάντα ἀπὸ τῶν ἑτέρων significat alterosque oroi finis uocatur. Rome enim
finis antea una tantum tiberis ripa tenebat. alii etruriam
dictam abetrusco principe putant idem & tirreniam a tirreno lidii
fratre. qui exortis cum populi parte demeonia uenit ad italiam. haec est
& tuscia. si tusciam dicere non debemus quam nunquam legimus. tuscia
autem a frequentia sacrificii & thuris dicta est. ἀπὸ τοῦ ὑγιεῖν
illic & aruspicina dicunt esse reperta. Apulia ubi brandisium
quam ex olim secuti diomede duce condidere. Campania hi
tres hieme anni atque estate uernantes. sol ibi mitis. tempies
grata. aer purus & blandus. Gallia a candore populi nuncupata.
gala enim graece lac dicitur. Montes enim rigor celi ab ea parte
solis ardore excludunt. quo fit ut candor corpora non coloret.
Hanc a oriente alpium iuga tuentur ab occasu oceanus inclu
dit. a meridie prupta pirinei. a septentrione reni fluen
ta atque germania cuius initium belgica. finis aequitania est
regio gleba ubi ac pabulosa. & adu rsum animantium apta
fluminibus quoque & fontibus rigua profusa duobus magnis reno
& rodano fluuiis. Belgis autem ciuitas est gallie ea parte qua
belgica puincia dicta est. cisalpina quia citra alpes trans
alpina. i. transalpes contra septentrionem. Retia uero
quod sit iuxta renum. Aquitania autem ab obliquis aquis ligeri
fluminis appellata. quae ex plurima parte minimis eius est.
eamque pene in orbe cingit. Hispania prius ab hibero am
ne hibia nuncupata postea ab hispano hispania cogno

Gallia trifariam diuidit intogatam. bracatam. comatam. Togati sunt eduenses. bracati sunt senones
comati sunt galli maritimi & cis renum positi.